Libellus de Constructione Octo partium orationis.

Ioannes Coletus Decanus Sancti Pauli G. Lilio: ad diuum Paulum Ludi moderatori Primario. S. D.

HAud aliter mihi videor affectus in nouã hãc Scholã nr̃am / Lili chariſſime/ q̃ in vnicũ filiũ pater: in quẽ non ſolũ gaudet vniuerſã ſuã ſubſtantiã trãſſundere: verũ etiã ſua viſcera/ſi liceat/cupit ipartiri. Nã vt huic eſt parũ genuiſſe niſi eũdẽ diligẽti educatiõe ad bonã frugẽ puexerit: ita meo aĩo nõ ſatis eſt/quod ludũ hũc iſtituí/hoc eſt genui q̃ in ſumpto patrimonio vniuerſo / viuus etiã ac ſuperſtes ſolidam hereditatẽ ceſſi: niſi modis omnibus dem operã vt pijs moribus et bonis litteris diligẽter educatus ad maturã frugẽ adoleſcat. Proinde libellum hũc de cõſtructione octo partiũ orationis ad te mitto: puſillũ quidẽ/ſed nõ puſillũ vtilitatis allaturũ nr̃ę pubi: ſi diligẽter abſte fuerit traditus. Scis in p̃cept̃ breuitatẽ placere flaccho: cui⁹ ſniam et ipſe vehementer approbo. Porro ſi qua p̃terea erũt digna cognitu: tuarũ partiũ erit/vt incidẽt: in prelegẽdis auctoribus adnotare. Bene vale. Domi nr̃e. M. D. Xiij.

De conſtructione verbi cū ntō.

Nominatiuus ante verbū.

OMne verbū antecedit ntūs agētis ſeu patientis eiuſdē numeri et perſone. vt
Ego doleo. Tu gaudes.
Illi rident. Nos fallimur.

Appendix. i.

Prima & ſecūda ꝑſona ferme nō explicant
Niſi diſcretionis aut Emphaſis cauſa. vt.
Nos accuſamus.
Vos damnaſtis.
Tu audes iſta loqui?

Appendix. ii.

Aliquoties orationis pars nti vice ponit: vt.
Dolet mihi/quod res nō ceſſerit tibi ex ſnia.
Item verbū infinitū: vt mentiri non eſt meū.

Appendix. iii.

Cū plures noiatiui ad idē verbū referunt ad hunc fere modum efferuntur.
Pater et preceptor accerſunt te.

Ego et tu ſumus in tuto.
Tu et pater eſtis in periculo
Ego ceteriq; cognati periclitamur.

Appendix. iiii.

Quę per ſe multitudinem ſignificāt: aliquando numero diſcrepant. vt Pars abiere.

Exceptio prima.

Excipies ipſonalia q̄ nullū ante ſe caſū hñt.
Tedet/piget/pęnitet/viuitur/ſtatur.
Itē tāq̄ impſonalia: vt luceſcit/dieſcit/noctescit/veſpaſcit/diluxit/pluit/nigit/grādinat.
Quę exponuntur per verbum fit et eſt.
Item hæc. fieri poteſt. vt fallar.
Fieri ſolet/ fere fit. Male ſit. Bene ſit.
Nam in bene habet: ſubauditur res.

Exceptio ſecunda.

Verba infiniti modi ꝓ ntō accuſatiuū habēt vt gaudeo patrem recte valere. id eſt gaudeo q̄ pater recte valeat.

Cum nominatiuo.

Vtrinq; nominatiuus.

Quedam vtrinq; noiandi casum ascisciū: vt.
Deus est summum bonum.
Hic nummis videtur adulterinus.
Aristoteles habetur doctissimus.
Perpulsi vocantur nani
Studes pronus.
Dormis supinus. Intendis rectus.

Infinitum varians.

Infinitum quoq; vtrinq; nominatiuū habēt accedentibus verbis optandi: vt.
Petrus studet videri diues.
Malim esse diues q̄ haberi.
At quotiens accusatiuus anteceſſit: et sequatur necesse est: vt.
Malim me diuitem esse q̄ haberi.
Quedam variis modis efferuntur: vt.
Non licet athenis esse probos
Et non licet esse probis.
Et tutumq; putauit iam bonus esse socer.
Nō vacat esse ęgrotū. Nō vacat esse ęgroto.

Non vacat eſſe egrotus.
Quanq̃ poſtremum hoc rarius eſt.

Genitiuus poſt verbum.

Ordo primus

Sum genitiuum poſtulat: quoties ſignificat poſſeſſionem: vt hec veſtis eſt patris.
Aut ad aliqd ꝓtinere: vt regũ eſt tueri leges.
Prudentis eſt multa diſſimulare.
Non eſt noſtrę factionis.
Non eſt mearum virium.
Non eſt huius loci atq; temporis.

Appendix.

Item hec duo impersonalia intereſt et refert.
Non tam intereſt regis q̃ totius rei publice
Refert omniũ animaduerti in malos.

Exceptio.

Hos tamen ablatiuos poſtulant. Mea/tua/ ſua/noſtra/veſtra.
Minus intereſt mea q̃ tua.
Noſtra nihil refert.

Cum genitiuo.

Quibus interdum adiungunt et hi genitiui.
Non tua vnius refert: sed nostra omniū
Tua ipsius refert. Tua solius interest.
Mea refert de vita periclitantis
Tua nihil interest in portu nauigantis

Appendix.

Adduntur et hi genitiui. Tanti quanti quanticūq;/tantidem. Nam cetera huiusmodi adduntur per aduerbium.
Maximopere refert.
Nihil interest
Plurimum refert.

Estimandi.

Ordo secūdus

Verba estimandi genitiuis gaudent: vt
Parui ducitur probitas.
Plurimi fit pecunia.
Tanti eris alijs quanti tibi fueris.
Maximi penditur nobilitas.
Nihili vel pro nihilo penditur.
Nihili vel pro nihilo habentur litterę.

Nauci:flocci:pili:huius non facio.
Aſſis non facio.
Singulare eſt illud.Equi boni conſulo.id eſt in bonam accipio partem.

Vendendi.

Ordo tertius

Vendo.Reuendo:addico.
Diſtraho:Diuendo.
Venundo:veneo:proſto.
Eſtimo indico inſcribo.
Liceor licitor licere
Loco conduco.
Emo coemo:Redimo:Mereor:cõmercor
Conſtat:valet.
Hec verba hos dũtaxat genitiuos exigunt.
Tanti:quanti:tantidem:quantiuis:quantilibet:quanticunq;:pluris:et minoris.
Si non addantur ſubſtantiua.
Nam cętera precij vocabula vel in ablatiuo: vel per aduerbium apponuntur:vt.
Minoris reuendes q̃ emeris.
Pluris conducis:q̃ emi poterat.

Cum genitiuo.

Quanticunq; locabis: perstiterat vendidisse.
Hodie boues pluris licebant q̃ homines
Miror tantas ędes tam paruo inscriptas.
Paulo. Magno. Nimio. Minimo. Plurimo.
Vili. Duplo. Dimidio reuendes.
Asse emi Tantidem tibi sum traditurus.
Teruncio ceu vitiosa nuce non emerim.
Nihilo constat. Percare locauit equum.
Carius emitur oleum q̃ vinum.
Carissime constat quod precibus emptũ est.
Gratis locat edes. At magno pascit.

Appendix.

Quin et quibuslibet verbis precij nomẽ aut aduerbium apponitur ad hanc formam.
Magno pransi sumus. pluris cenaturi.
Non minoris docet q̃ talento.
Hic magno etiam tacet.
Nimio Minimo Paulo viuitur Londini.
Care bibis. Sed carius cacat bassus.
Nęc salutat gratis.

Accusandi.

Ordo quart⁹

¶Verba accuſandi/abſoluēdi: et conſimília genitiuum aſciſcunt qui crimen ſignificet. vt
Accerſitus eſt capitis.
Detulit fratrem leſe maieſtatis.
Poſtulatus eſt repetūdarū ſiue de repetūdis.
Accuſauit male geſte rei. male obite legatōis
Egit cum nouerca iniuriarum.
Condemnatus eſt peculatus
Reum egit parricidij.
Damnauit inceſtus. Hic furti ſe alligat.
Crīminatus eſt adulterij cū plagij teneretur
Arguit te mendacij. Reuicit periurij.
Incuſat negligentię. Appellat⁹ eſt veneficij
Inſimulas hereſ auaritię. Suggillas pſimonie
Notas libidinis: ſeu de libidine.
Infamas inſcitię. Traducis luxurię.
Suſpectum habes perfidie ſiue de perfidia.
Taxas ambitionis. Calūniaris maleficij.
Admonuit me errati. Cōmonuit te promiſſi
Commonefecit te debiti.
Expoſtulauit mecū de nō miſſis ad ſe litteris

Cum genitiuo.

Sí non fuerít propriũ críminís nomen appo nítur ablatíuus addíta fere prepoſítione. Vtr̃ ambitus accuſas an ſacrílegíj. an vtroq̃ ſíue de vtroq̃. De plurímís ſímul accuſarís.

Míſeret et cet. Ordo.v

¶Míſeret míſereſcít me tuí.
Píget te laborís. Multos víte tedet.
Non te pudet vanítatís?
Noſtrí noſmet penítet.
Hec genítiuũ habẽt cũ actõ. níſí dícamus.
Puditum eſt conſílíj.
Míſertum eſt vírgínís.
Perteſum eſt coníugíj.

Appendíx.

Sed ímperſonalíbus loco genítíuí poteſt ad dí verbum ínfínítum.
Tedet me víte. Tedet me víuere.
Píget mílítię. Píget mílítare.

Varíantía quedam. Ordo ſextus

¶ Hęc variam habent constructionem.
Misereor tui vel tibi.
Meminit tui vel de te. i. mentionē fecit.
Memini ꝓ recordor plerūq; actō iungitur.
Obliuiscor Recordor Reminiscor Recolo tui vel te.
Venit in mentem eius diei. i. recordor.
Potitus est rerum. i. vicit.
Et potitus est amica. i. assecutus est.
Eget tui vel te. Indiget auxilij vel auxilio.
Implentur vini vel vino.

Ordo septimꝰ

Significantia aliquid fieri in loco.

Omne verbū admittit genitiuū ꝓprij nominis significantem locum in quo fit actio.
Vixit Romę. Studuit Oxonię.
Natus est Londini.
Pro propriis vsurpantur hęc appellatiua.
Humi: Domi: Militię: Belli.
Domi bellíq; simul vximus.
Domi meę nostrę tuę vestrę alienę.
Nec alia admittit adiectiua. Nā domi pater-

ne non recte dicitur: sed in domo paterna.
Ruri in datiuo: siue rure in ablatiuo: Verbis
ijsdem adiungitur: Ruri educatus est.

Exceptio.

Si tñ fuerint pluralis dūtaxat numeri: aut ter
tię declinationis in ablatiuo ponuntur.
Nupsit Athenis. Militauit carthagine.
Infrequens est his addere prepositionem.
Cum essem in mediolano: que semper addit
nominibus locorū maiorꝫ: et appellatiuis.
Cū essem in Italia. Cū agerē in suburbano.

Datiuus post verbum. Ordo. i.

Quoduis verbū acqsitiue positū exigit dati-
uū: vt Nō oibus dormio. Huic habeo nō tibi
Mihi istic nec seritur nec metitur.
Mihi peccat si quid peccat.
Omnibus sapit: sibi vni non sapit.

Acquisitiua. Ordo secūdus

Precipue tamen huius ordinis sunt: quę com

modum aut incommodum ſignificant.
Do do mutuo ſeu mutuũ. Do commodato.
Mutuo fenero. Largior.
Confero tibi et confero in te.
Preſtare ꝑ dare et ꝑ exhibere:vt preſtare fidem:preſtare pacta.
Dono tibi hoc munꝰ & dono te hoc munere
Impartiam tibi fortunas meas: et Impartiã te fortunis meis.
Aſperſit tibi labem:et aſperſit tibi labe.
Inſtrauit equo penulam:& inſtrauit equũ penula. Debet tibi vitam.
Suam eruditionem tibi acceptã fert.
Satiſſacio/ſoluo/reſoluo/reſcribo:renumero
Numero ꝑ ſoluo:remetior:pendo:rependo.
Refero:repono ꝑ reddo:rñdeo ꝑ ſatiſſacio.
Nunq̃ tuis meritis eſt reſponſurus.
Cõmodo pro proſum. Incõmodo ꝑ noceo.
Nõ põt mihi nec cõmodare nec incõmadare
Opitulor proſum auxilior:ſuppedito pro ſubminiſtro ſuggero.
Succurro.ſubuenio:adminiculor:patrocinor
Suffragor. Adſum faueo.

Bene volo. Bene cupio.
Medeor tibi: et medebor tuo dolori.
Medicor te vel tibi.
Conducit confert tibi. i. vtile est.
Conducit huic rei: siue conducit ad hãc rem.
Consulo tibi: Do consilium.
Consule rebus tuis. id est prospice.
Consulis me. i. consiliũ a me petis. Sibi cauit
Metuo timeo formido tibi. i. sũ sollicit⁹ ꝓ te
Metuo te. i. timeo ne mihi noceas. Coniungitur vterq; casus.
Omnia tibi timeo que solẽt pusillis accidere

Imperandi et nunciandi. Ordo. tertius

Adhuc quę imperandi et nunciãdi significationẽ hñt. Iubeo te abire: iubeo tibi vt abeas.
Impero precipio.
Preeo: iudicibus preire conatur.
Prescribere leges victis.
Dicta mihi iusiurandum.
Edico tibi miles. Impero/mando/committo
Delegauit mihi suã vicẽ. Indixit mihi bellũ.

Deſigna.conſtitue.preſtitue.condicito.preſige mihi diē ac locū. Tēpero tibi & te.i.rego Moderatur aio irę.et moderatur principem

Nunciandi.

Dico tibi.Scribo tibi et ad te. Loquor
Recenſeo.narro.expono.explano.explico.
Aperio.Indico.Demonſtro.Commonſtro.
Referro.i.narro. Retulit ad ſenatum.i.propoſuit in ſenatu.

Obſequij et repugnantię.

Ordo q̄rtus.

Queq; ad obſequiū ſiue repugnantiā ꝓtinēt
Morigero.morem gero.
Obſeq̄r.obſecūdo.obſeruio.Seruire tēpori.
Inſeruit ſuis Commodis.
Subſeruio:Supparaſitor.Ancillor:Aſſentor
Adulor:Palpor:Obedio:Milito:Pareo.
Auſculto tibi.id eſt obedio.
Auſculto te.id eſt audio. Audiens dicto.
Obtempero:Cedo:Concedo.

Cum datiuo.

Consentio tibi siue tecum.
Assentio siue assentior tibi.
Dissentio tibi siue abs te.
Subscribo tuo iudicio. Suffragor. Astipulor
Accedo tibi siue tuę sententię. i. approbo
Hoc accessit meis malis: siue ad mea mala. i. additum est. Accedit huc, Accedit his. & Accedit ad hec.
Conuenit mihi tecum. Constat hoc nobis siue inter nos.

Repugnantię.

Refragor/obsto/obsisto/obstrepo/resisto/repugno/reluctor/reclamo/officio/ occurro obuiam eo/obuiam factus est mihi.
Aduersor/dissideo tibi siue tecum.
Contendo tibi siue tecum.
Hoc abs te contendo. i. vehementer peto.
Certat illi siue cum illo.
Noli pugnare duobus: grece magis q̃ latine dixit catullus.

Relatiua.

Ordo.
quitus

Verba que relationem et reſpectum habent ad aliquid.
Que huic eſt coniunx tibi nurus eſt
Platoni corpus eſt vox.
Ariſtoteli ſpongie ſentiunt.

Relatiua per compoſitionē.

Huiuſmodi ferme ſūt cōpoſita cū his prepoſitiōibus. Pre: Ad: Con: Sub: Ante: Poſt: Ob In: et Inter.

Pre.

Ego meis p̄luxi maioribus. Prepellet oībus.
Prenitet preminet/preſtat oībus: ſiue oēs.
Precellit oībus vel oēs.
Prebibit mihi. prerīpuit illi.
Preeo ꝓ vinco: precedo: precurro: preuertor: preuenio accuſatiuum;

Ad

Admolitus eſt illi manum. Admoueo.
Accubuit aſſedit mihi. Adiacet Aegypto.
Aduolutus eſt genibus. Affulſit mihi ſpes
Arriſit matri. Acclamabant dicenti.
Appreſſit pectori codicem.

Cum datiuo.

Adegit gladium pectori Affigo.
Adhereo/adhereſcit/adiubeſcit.

Con.

Conuixit nobis. Comigrauit hinc vicinie.
Commori tibi cupio: ſiue tecum.
Colludo tibi: vel tecum.

Sub.

Subiacent fortunę. Succedo Subijcio.
Subeſt. Subolet patri.

Ante.

Anteſtat/Antepono/Antefero tę omnibus
Antecedit/anteuertit/antecellit oĩbus vl' oẽs
Anteeo te non tibi.

Poſt.

Poſthabeo/poſtpono famam pecunię

Ob.

Obgannit nobis/occinit/obturbat.
Oppono/obijcio/oppedo/obmurmuro

In.

Indormis ſaccis. Inuigilas chartis.
Immoraris/immoreris/inſudas ſtudijs.
Inſides ſaxo. Illudo tibi Inſulto.
Inniteris arundini. Nitor quoq; ſimplex.

Verba que relationem et reſpectum habent ad aliquid.
Que huic eſt coniunx tibi nurus eſt
Platoni corpus eſt vox.
Ariſtoteli ſpongie ſentiunt.

Relatiua per compoſitionē:

Huiuſmodi ferme ſūt cōpoſita cū his prepoſitiōibus. Pre: Ad: Con: Sub: Ante: Poſt: Ob In: et Inter.

Pre.

Ego meis p̄luxi maioribus. Prepellet oībus.
Prenitet preminet/preſtat oībus: ſiue oēs.
Precellit oibus vel oēs.
Prebibit mihi. preripuit illi.
Preeo ꝓ vinco: precedo: precurro: preuertor: preuenio accuſatiuum:

Ad

Admolitus eſt illi manum. Admoueo.
Accubuit aſſedit mihi. Adiacet Aegypto.
Aduolutus eſt genibus. Affulſit mihi ſpes
Arriſit matri. Acclamabant dicenti.
Appreſſit pectori codicem.

Cum datiuo.

Adegit gladium pectori Affigo.
Adhereo/adhereſcit/adiubeſcit.

Con.

Conuixit nobis. Comigrauit hinc vicinie.
Commori tibi cupio: ſiue tecum.
Colludo tibi: vel tecum.

Sub.

Subiacent fortunę. Succedo Subijcio.
Subeſt. Subolet patri.

Ante.

Anteſtat/Antepono/Antefero tę omnibus
Antecedit/anteuertit/antecellit oibus vl' oēs
Anteeo te non tibi.

Poſt.

Poſthabeo/poſtpono famam pecunię

Ob.

Obgannit nobis/occinit/obturbat.
Oppono/obijcio/oppedo/obmurmuro

In.

Indormis ſaccis. Inuigilas chartis.
Immoraris/immoreris/inſudas ſtudijs.
Inſides ſaxo. Illudo tibi Inſulto.
Inniteris arundini. Nitor quoq; ſimplex.

Nititur ſuis viribus. Imminet capiti. Impendet oĩbus periculũ. Inceſſit mihi cupiditas. ineſt illi vel illo. Incidit mihi lis cũ nebulone Intermiſcet vera falſis. Interſerit/ Interijcit. Interfuit conuiuio. Interuenit colloquio

Contingentię.

Cõtingit mihi. Accidit/ euenit/vſu venit/obtigit/ceſſit/ſucceſſit/obuenit.

Confidendi.

Fido/cõfido/credo/fidẽ habeo/fidẽ facio/fidem do. Polliceor, Spondeo. Nubo.
Item hec. Liquet/vacat/placet/diſplicet/Dolet/licet. Succenſeo/Indignor/minor

Datiui aduerbiales. Appendix.

Adduntur et hi datiui aduerbiales.
Tempori ſurgendum. Veſperi venit.
Luci occidit hominem.
Verbis aliquoties datiuus feſtiuitatis. i. iucditatis gratia adiungitur.

Cum accusatiuo.

Suo sibi hunc iugulo gladio.

Gemini datiui.

Est p habeo. Est tibi mater. Nō est tibi quod agas. Et intercedit mihi cū illo familiaritas.
Nonnunq̄ gemínos habet datíuos.
Non sit tibi curę. Item hęc.
An id sibi studio habet?
Hoc tu tibi laudi ducis.
Speras tibi laudi fore quod mihi vitio vertis
Dedit mihi vestem pignori, dono, mutuo.
Dedit mihi pecuniam fenori.

Accusatiuus post verbum.

Ordo primus

Verba transitiua cuiuscūq; generis: exigunt accusatiuū significantem id quod patitur. vt Saluta patrē. Numeras arenā. Bibis vinum. Loqueris mendacium. Osculatur vxorem. Tedet. piget. pudet. penitet. miseret me tui. Decet te. Nō decet senē. Dedecet virginē im pudentia. Antiqui dicebant. Et decet tibi.

Duo Accusatiui.

De constructione verbi.

Sunt que geminum admittunt accusatiuum
Docuit me lras. Dedocebo te istos mores.
Poposcit me mutuum.
Rogat:orat:flagitat:exorat te veniam.
Postulo/oro/flagito/posco/peto abs te hãc
rẽ frequentius q̃ te sine prepositione.
Exulo:induo:vestio:calceo:cingo posteriorẽ
hoc est accusatiuũ rei sepi⁹ mutãt i ablatiuũ
Exuit se chlamydem siue chlamyde.
Accinxit se gladio.

Accusatiuus rei et persone.

Quedam vtrumuis admittunt rei seu perso-
næ vicit te et vicit litem.
Excusat se et excusat valetudinem.
Accusat te et accusat tuã negligentiam.

Motus ad locum.

Ordo secũdus

Que significant motũ ad locũ aliquẽ:accusa
tiuũ postulant nominis proprij citra prepo-
sitionem. Eo Romam.
Redijt athenas. Nauigauit cartaginem.

Cum accuſatiuo.

Item hec. Confero me domum.
Recipio me rus.
Nam appellatiuis: ſiue maiorum locorũ vocabulis: fere prepoſitio additur.
Profectus eſt in hiſpaniam.
Reuerſus eſt in prouinciam. Abijt in forum

Spacium temporis.

Ordo tertius

Quibuſlibet verbis apponit accuſatiuus ſignificans ſpacium temporis.
Potauit totam noctem.
Hic totam deſedi diem.
Viginti annos natus eſt.

Appendix.

Quãquã hic aliquoties in ablatiuũ vertitur.
Commoratus eſt apud nos tribus horis ſeu tres horas.

Appendix.

At quoties non ſpaciũ ſed ſpecies temporis ſignificatur: ablatiuus tantum apponitur.

Nocte vigilas. Luce dormis.
Estate domi desides. Hyeme nauigas.
Superioribus diebus ad te scripsi.
Anno proximo te visam.
Significat autẽ spẽs: cũ interrogatio fit p qñ
Vt quando venies? Hora tertia.
Spatiũ vero: cũ fit interrogatio per quãdiu.
Vt Quãdiu vigilasti? duas horas.

Ordo q̃rtus

Spacium loci.

Quibusdã et loci spaciũ eodẽ mõ apponit.
Iam mille passus processerant.
Patet in longum quingenta stadia.
Latum culmen: Latum vnguem: digitum.
Pedem hinc ne discesseris
Abest ab vrbe sesquimiliarium.
Quãq̃ hic quoq; nõnunq̃ vertit in ablatiuũ.
Abest a continẽti quingẽtis passuũ milibus

Ordo quitus

Repetitus actus.

Quolibet verbũ q̃tũuis intransitiuũ admittit accusatiuũ nois significãtis eũdẽ actũ: vt.

Cum Accuſatiuo.

Quam hic vitam viuitis.
Endymionis ſomnum dormis.
Huius gñis ſunt illa. Longũ nauigauit iter.
Hunc ſcio mea ſolide ſolũ gauiſurũ gaudia.

Accuſatiuus per figuram.

Item illa: reſipit ſapit aduſtionem.
Olet lucernam hir cum: olet vnguenta
Spirat Italiam. Vox non ſonat hominem.
Vineta crepat mera.
Viuunt bacchanalia. Viuit Cinicum.
Et q̃ ponũt aduerbio⁹ loco. Furit indomitũ
Dulce ſonat. Torue tuetur. i. indomite. dulciter toruç.

Ablatiuus poſt verbum.

Ordo. i.

Quoduis verbũ admittit ablatiuũ ſignificãtẽ qualecũq; inſtrumẽtũ aut modũ actionis.
Exemplum inſtrumenti.

Petiit me ſaxo: cecidit loris: enecas odio
Refellis argumentis: vincit ſapientia.
Conciliauit humanitate multos.

Concordia res paruę crescunt.
Discordia maximę dilabunt.i.p discord
Exemplum modi.
Mira celeritate rem peregit.
Summa eloquentia causam egit.
Hic tñ apponitur aliquoties prepositio cum
Sūma cū humanitate tractauit hoiem.
Nā istrumētis nō apponit.nō enī recte dicit
Scribit cum calamo.

Appendix.

His finitima sūt quę ad synecdochen ptinēt
Egrotat animo magis q̄ corpore.
Discruciatur animo.
Candet dentibus. Rubet capillis.i.secundum animum.corpus.capillos.
Poet; dicūt p accusatiuū:languet aim.
Rubet faciem. Canet capillos.

Ordo secūdus

Comparatiua.

Que vim optinent comparationis admittūt ablatiuum significantem mensuram.

Cum ablatiuo.

Multo preſtat cauere q̃ admittere.
Multis partibus te vincit: ſupat: excellit: antecedit.

Motus a loco.

Ordo. tertius

Que ſignificãt motum a loco ſiue per locum eadem noia admittunt in ablatiuo: que in genitiuo apponebantur cũ ſignificabatur quies in loco. Diſceſſit Londino.
Rure reuerſus eſt.
Louanio ſum facturus iter.
Apponitur ſemp prepoſitio p/appellatiuis regionum nominibus.
Per italiam eundũ eſt greciã petenti.
Per forum ibis.
Adduntur et hi ablatiui aduerbiales.
Hac eundũ eſt: illac: iſtac: qua p aliqua parte ſeu via: vt ſi qua licebit effugere.
Et relatiuę: Qua ſpectat Aegyptum.

Ablatiuus abſolutus.

Ordo q̃rtus.

Quibuſlibet verbis addit ablatiuus abſolu-

te ſumptus. Me dormiente tu bibis.
Hoc me viuo non facies.
Hec fiunt te rege:te conſule:te pontifice
Te impulſore feci.
Lilio preceptore:tantus hic euaſit.

Ordo.v

Implendi.onerandi.

Verba Implendi:onerandi:et his diuerſa
Satio/ſaturo/expleo te fabulis.
Ingurgitauit ſe cibo. Obruit ſe vino.
Oneras ſtomachum cibo.
Leuabo te hoc onere.
Exonerabo te nummis.
Nudauit:exuit:ſpoliauit me bonis omnibus
Emunxit ſenes argento.

Ordo ſextus

Proſequor affitio.

Item proſequor et affitio.
Affitit me iniuria/damno/honore.
Proſequor te odio/amore/beniuolentia.
Pluit lapidibus lacte ſanguine: ſiue lapides lac ſanguinem.

Cum ablatiuo.

Mereor bene seu male.

Ordo .vij.

Bene mereor et male:peius:melius:optime: pessime:interueniente prepositione.
Optime de litteris meritus.
De me nihil es meritus:neq; bene neq; male

Passiua.

Ordo.i. .viij.

Passiuis additur ablatiuus agentis:sed accedente prepositione a/vel ab.
Rideris ab omnibus.
Additur aliqñ datiuus absq; prepositione.
Amaris omnibus vel ab omnibus.
Accusatiuus patiẽtis vertit̃ in nominatiuũ
Pater castigat filium. Filius castigat̃ a patre.
Ceteri casus fere omnes manent in passiuis: qui fuerant actiuorum.
Doceris a me grammaticam.
Accusaberis furti. Haberis ludibrio.
Priuaberis magistratu.
Que per se passiua vocantur:construunt̃ quẽ admodum et illa.
Venijt a domino.

De conſtructione verbi cũ ablto.

Vapulabis a preceptore. Quid fiet ab illo?

Veſcor et cet

Ordo nonus

Veſcor carnibus. Hic victitat lacte.
Vtor homine familiariter. Inuenitur et vtor hanc rẽ: et abutor operã. Fruor tuo cõſpectu
Et tuo fretus auxilio. De potior dictum eſt.
Fungitur magiſtratu. Defunctus eſt vita.

Appendix. i.

Prepoſitio ſubaudita facit: vt ablatiuus recte addatur.
Habeo te loco parentis.
Eſt mihi vice filij. In loco/in vice.
Apparuit illi humana facie.
Diſceſſit magiſtratu.

Infinita. Appendix. ii.

Quibuſdam familiariter adduntur verba infinita. Solet/debet/cepit/optat/gaudet laudari. Amat videri dius.
Studet metui.

Figurate ponuntur:vt a nullo pendeant.
Heccine fieri flagitia.
Et venari pro venabatur.

Diuerſi caſus eidē additi verbo.

Appendix.iij.

Nihil vetat quo minus eidē verbo diuerſi ca ſus apponantur diuerſę rationis.
Dedit mihi veſtem hanc pignori / te preſen= te/propria manu.
Nam veſte:additur tanꝙ tranſitiuo
Mihi tanꝙ acquiſitiuo.
Pignori:exeorum eſt forma que reſoluuntur per ad/vel in/prepoſitionē.i.in pignus.
Te preſente:ablatiuus eſt abſolutus.
Manu:inſtrumentalis.

Gerundia.

Gerundia oia eoſdem ferme caſus admittūt poſt ſe:quos habēt verba a qbus deducūtur.
Ad diſcendum litteras. Ad ſeruiendum tibi.
Ad fuendum amico.

In di.

Gerūdia in di:ante ſe habēt gratia cauſa pretextu occaſione titulo:ocium:facultas: licentia:ars:aut ſimile nomen ſubſtantiuum.
Veni huc cauſa viſendi te.
Non erat copia conueniendi hominem.
Ars dicendi.
Nonnunq̄ precedit adiectiuum.
Cupidus viſendi te. Gnarus bellandi.
Certus eundi. Imperitus nauigandi.
Peritus medicandi.

In dum.

Gerundijs in dū preponitur prepoſitio Ad/ vel inter. Ad colloquendum tecum.
Inter cenandū/hoc mihi venit in mentem.
Reperitur et ante domandum.
Cum ſignificamus neceſſitatem:ſine prepoſitione vſurpantur:addito ſubſtantiuo verbo
Vigilandum eſt qui cupiat vincere.

In do.

Gerundiorum.

Gerũdia in do pendẽt a prepoſitione In vel ab: Siue dictione que requirit ablatiuum. vt
In conſultando locus eſt eloquentie
In pugnando viribus eſt opus.
Reuerſus a venando ſiue a venatu.
Tacendo refellis, id eſt tacens refellis.
Scribendo diſces ſcribere.
Romanus ſedendo vincit.

Gerundiua nomina.

Vertuntur gerundia in nomina adiectiua: vt
Cauſa viſendi te: et cauſa viſendi tui.
Ad diſcendũ litteras: et ad diſcendas litteras
Legẽdo libros doctus euades. Et legendis libris doctus euades.

Supina in tum.

Prima ſupina ſequuntur verbum ſignificans motum ad locum: vt Abijt piſcatũ. id eſt ad piſcandum.
Admittũt poſt ſe eoſdẽ caſus q̃s verba ip̃oꝝ

Abſolute poſita.

De constru. supinoꝝ & participioꝝ.

Ponuntur et absolute cum verbo est.
Pugnatum est. Actum est. Dormitum est.
Cessatum est satis.

Supina in tu.

Supina in tu passiue significatiõis ferme sũt.
Adherẽt noibus adiectiuis: vt. Turpe dictu.
Miserabile visu. Difficile creditu.
Procliue factu. id est ad faciendum.
Nam in his surgit cubitu: redit venatu: noia
potius censenda sunt q̃ gerundia.

De participijs.

Participia sequuntur constructionem verbo
rum a quibus deriuantur.
Donaturus tibi vestẽ. Donaturus te veste.
Consulens tibi. Fruiturus te.
Diligendus ab oibus: q̃q̃ in his vsitatior est
datiuus. Dilgendus omnibus.

Participia facta nomina.

Cum transeunt in naturam nominum geni:

tiuum poſtulant: vt amãs víní. fugitãs lítíũ;
Cupiens tuí. Sitiens aurí. Peritus belli.
Et ſine caſu: vt vír potens eloquens.
Tunc et comparationem accipiunt more no
minũ ín ens vel ín tus deſinentia.
Cupientior famę q̃ aurí.
Cupientiſſimus tuí.
Nulli deſideratior q̃ míhi.
Deſideratiſſimus patrię.

Participia facta noia cõpoſitione.

Que cõpoſitione fiũt noia genitiuũ aſciſcũt.
Indoctus pilę. Inexpertus belli.
Quãq̃ et hoꝝ ſimplicia ſimili modo vſurpãt

Ordo.i.

De Nominíbus.

Omnía fere verbalía genitíuum admittunt:
quí verbis erit accuſatiuus. Colo agrum.
Cultor/cultrix agrí. cultus agrí. cultura agrí
Bíbo vínũ. Bíbax víní.
Cupío laudem. Cupídus laudís.
Item quę ſunt affínía hís: vt auarus laudís.

Ignarus oim. Studioſus tui. Securus amorũ

In bílis.

Ordo ſecũdus

Verbalia in bílis accepta paſſiue datiuo gaudẽt: vt ptícipia in dus. Flebílis/formidabílis omnibus. i. flendus/formidandus omnibus.

Ordo primus

Genítiuus addítus nomíni.

Nomína ſubſtantíua que ſignificant poſſeſſorem/menſuram: ſiue numerum: aut relationem ad alíquid: genítiuum exígunt: vt.

Arma archíllís.	Mílle nummum.
Cyathus víní.	Duo mília pedítum.
Modíus trítící	Par calcíamentorum
Vncía aurí	Iugum aquílarum
Vlna panní.	Tres decades queſtionũ
Vxor petrí.	Amicus patrís.
Comes vlyſſís.	Prínceps patríç.

Vertitur hic genítiuus alíquoties in datíuũ. Accedente verbo eſt. Híc eſt tíbi pater. Huic ſocer: illí conſul.

Ordo ſecũdus

Attríbutíua.

Cum genitiuo.

Cū ſignificatur aliquid ineſſe ſiue adeſſe cuí=
piam: quod ad laudem ſeu vituperiū pertinet
trifariam efferimus.

Puer bone indolis. Vir maximi naſi.
Puer bona indole Vir maximo naſo.
Puer bonus indole Vir maximus naſo
Et indolem poeticę Et naſum poeticę.

Speties ſubijcit generi in genitiuo: ſiue in eo dem caſu per Appoſitionem — Ordo tertius

Nomen Catonis in te non quadrat
Crimen leſæ maieſtatis.
Cum eſſemus in terra Italię: ſiue Italia
In vrbe Romę: ſiue Roma.

Subſtantiue poſita.

Ordo q̄rtus.

Quedam adiectiua ſubſtantiuę poſita geni=
tiuum admittunt: vt Multū lucri.
Paulum pecunię. Quid habes negotij
Quantū habebis pecunię: tantū dē habebis
fidei. Plurimū vini. Minimū aquę.
Item pronomina quedam.
Hoc negocij. Id operis. Quid illud mali.

Appoſitio.

In ſumma quoties ſubſtãtiuũ: quacũq; ratione refertur ad alterũ ſubſtantiuũ: addit in genitiuo: niſi addatur appoſitiue. Nam tum ſatis eſt ſi cõcordet in caſu: etiã ſi numero et genere diſſideat. Abſtuliſti maronem meas delitias.

Adiectiua nomina/participia/pnomina cõcordant cum ſuis ſubſtãtiuis. In numero genere et caſu: vt.

Ex malis moribus bone leges nate ſunt.
Iſtam fortunam tui mores promeruerunt.

Adiunctio.

Cum plura ſubſtantiua diuerſi etiam numeri ac generis ad vnũ adiectiuum referuntur: his ferme modis efferri ſolent.

Gloria non eſt expetenda: neq; diuitie: vt in medio ponas ad quod referuntur partes.

Non eſt expetenda gloria: neq; diuitie: vt preponatur.

Gloria et diuitie non ſunt expetẽde: vt poſt

positum conueniat cum proximo.
Glória diuitię genus: non sunt expetẽda: vt subaudias ista.

Relatiua.

Relatiuum Qui/conuenit cũ antecedente in numero & genere. Placuerũt litterę quas ad me dedisti. Nisi figurate loquamur. Quas ad me dedisti litteras magnopere placuerunt.

Comparatiua.

Comparatiua & superlatiua genitiuũ exigũt vt sum minor fratrum de duobus
Sum minimus fratrum de pluribus.
Et tum exponuntur per inter. Inter fratres vel ex fratribus. Nam comparatiua cum exponuntur per q̃ ablatiuum ascíscunt.
Prestantior te. Eloquentior omnibus preter q̃ Cicerone. i. q̃ cicero.
Addítur et alter ablatiuus significans modũ excessus.

Est maior te quattuor annis.
Digito lato te procerior. Multo potior
Multo et longe apponuntur et superlatiuis
Multo oīm doctissim⁹. Longe pessimus oīm

Ordo .vi.

Distributiua et partitiua.

Itē noīa partitiua: aut partitiue posita velut quisq̧: quisq̧s: quicūq̧ quidā: q̧s interrogatiuū. et quis ꝓ aliq̧s. aliq̧s vterq̧. neut̄ vteruis vtercūq̧/nemo/nullus/solus/vnus: medius. Quisq̧ huius natiōis. Vnūquodq̧ animātiū Prouocat vnum quemlibet vestrum.
Vtrum horum mauis accipe.
Exponuntur per inter vel ex. Vnus oīm. i. solus omnium. Medius duorum. i. inter duos. et dimidium animę.
Item alter: alius: et his equipollentia pronomina hic et ille. et aduerbium partim.

Appendix. I.

Quanq̄ in his genitiuis significās totum: in aliū casum sepe vertitur.

Cum datiuo.

Quis hominũ vidit. Et quis homo vidit.
Neuter catonum. Et neuter cato.
Animantum vel animantia: alia ſunt volatí-
lia: alia reptilia.

Appendix.íj.

Ad hanc formã pertinent Quotus: Quotuſ-
quiſq; ordinẽ ſignificãtia numeralia.
Quotus eras conuiuarum: ſeu conuiua
Quintus regum Romanorum. í. inter reges.
Sapientum octauus.
Quanq̃ in hoc poſtremo: nõ tã ordinẽ ſignifi
cat q̃ numerũ ſimpliciter: vt in illo.
Dic quotus eſſe velis.

Datiuus poſt nomen Ordo.í.

Cõmodí aut incõmodi

Adiectíua quę cõmodũ aut incõmodũ ſigni
ficãt: aut relationẽ ad aliquíd/ datiuũ exigũt
vt Rem mihí per moleſtam/mihí iucundam:
tibí pernicioſam/mihí ſalutarem.

Relatiua.

Aptus/accõmodus/idonens/vtilis/inutilis bello ſiue ad bellum.
Natus glorię et ad gloriam. Obnixius illi.
Amicus huic et huius.
Similis/diſſimilis huic et huius.
Diuerſus huic vel ab hoc.
Affinis/cognatus huic vel huius.
Nam cũ huiuſmodi ſubſtantiue capiunt genitiuo magis gaudent.

Accuſatiuus poſt nomen.

Ordo primus

Spacij menſura.

Que certum magnitudinis modum ſignificant: accuſatiuũ admittũt. Longus/latus/altus/craſſus. Turris alta trecentos pedes.
Liber craſſus tres digitos: ſiue trium digitorũ craſſitudine.

Circuitionis vis.

Ordo ſecũdus

Quedã per circũlocutionẽ accuſatiuũ admittunt: vt non ſum id neſcius i. non ignoro.
Cuius generis ſũt et illa. Eius rei mihi venit

De conſtructione pronoim.

in mentem, id eſt recordatus ſum.
Et id mihi anus indicium fecit. i. indicauit.

Ablatiuus poſt nomen.

Dignus et indignus ablatiuū aſciſcunt.
Dignus honore: dignū eſt illo. Dicimus tñ.
Dignus vt honoretur. Dignus quem omnes honorent. Et dignus honorari ab omnibus.
Item vacuus onuſtus.
Pauper/diues/plenus/inanis etiam genitiuum admittunt.

Pronominum Conſtructio.

Genitiui primitiuoꝝ.

Mei/tui/ſui/nr̄i/veſtri: gtī primitiuoꝝ ponūtur cū paſſio ſignificaꝫ Nam cū actio addūtur poſſeſſiua. meus/tuus/ſuus/nr̄/veſter.
Languet deſiderio tui. Nempe quo tu deſideraris fauet deſiderio tuo: quo tu deſideras.
Item pars tua: que tibi debetur.
Pars tui, i. manus aut pes: corpus: animus.
Imago tua quam tu poſſides.

Imago tuí que te repreſentat.
Alíquoties vtrunq; cõíungitur: vt noſtra tuí memoría, í. quam nos de te facimus.

Poſſeſſiua.

Poſſeſſiua adiectíua ſunt: et non recuſant alí quando genitíuum.
Mea ípſíus cauſa. Tua ſolíus vníus.
Meos flentís oculos.

Noſtrum et veſtrũ genítiuí plurales: gaudẽt noíbus díſtributíuís aut partitíuís: vt nemo veſtrũ/vnuſquíſq; noſtrũ. í. ex nobís.
Item comparatíuís et ſuperlatíuís: vt maíor veſtrum. Maxímus natu noſtrum.

Recíproca.

Suí/ſíbí. Suus/a/um. nõ níſí recíproce ponũ tur: hoc eſt: vt reflectantur ad íd: quod preceſ ſít in eadem orationís parte: aut annexa per copulam. Ille ſíbí placet. Petrus odít ſuos. Orat vt ſuo faueas fílío.

Demomonſtratíua.

Demonſtratiua cum ſubſtantiue ponuntur admittunt genitiuū vt dictū eſt. Hoc noctis Idem temporis. Illud acceſſit mali.

Idem cum datiuo.

Idem datiuum adiungit/vel ablatiuū interueniente prepoſitione
Idem facit occidenti, i. idem quod occidens
Idem huic: aut idem cum hoc

Nominatiuus poſt aduerbium.

En et ecce demonſtrantis nominatiuo ſeu accuſatiuo iungunt. En quattuor aras. Ecce rē. En lupus in fabula. En exprobantis accuſatiuo gaudet. En animum et mentem

Genitiuus poſt aduerbium.

Ordo. i.

Superlatiua genitiuū exigunt. Peſſime oim dixit: qui omnium optime fecit.

Aduerbia loci ac temporis

Ordo ſecūdus

Addunt aduerbijs loci ac tpis gti ferme hi.

Vbi gentium Eo impudẽtie ventũ eſt
Quo terrarum Nuſq̃ gentiũ.
Huccine rex venim⁹ Vbiuis quouis terrarꝫ
Eo loci redacta eſt. Tunc temporis.
Nam miníme gentiũ monadícon eſt.

Prídie/poſtrídie.

Ordo tertius

Prídie Calendarum ſiue calendas.
Poſtrídie eius díei. Poſtrídie quã venires
Poſtrídie q̃ díſceſſeras.

Inſtar.

Ordo q̃rtus.

Inſtar montis. Inſtar pecudís.
Item parum multum ſatís víni: vice nomínũ poni vídentur.

Datíuus poſt aduerbíum.

Quedam datíuum admittunt nomínum vnde deducta ſunt.
Venit obuiam ílli. Nam obuius ílli dícitur.
Canit ſimíliter huíc Nam ſímílis huic.
Et ſibí inutíliter. Sedet proxíme ílli.

Aduerbiorum.

Propinquius tibi ſedet q̃ mihi.

Accuſatiuus poſt aduerbium.

Sunt que accuſandi caſum admittunt prepoſitionis vnde ſunt profecta.

Propius vrbem: et proxime caſtra.

Ablatiuus poſt aduerbium

Que comparantur/conſtructionem habent comparatiuorum nominum. Ordo.i.

Acceſſi ppius te.i. q̃ tu Melius te dicit.i. q̃ tu Plus quingentis colaphis et plus milies.

Proculdubio: et procul ab vrbe. Clam patre. Palam omnibus. Coram omnibus. Ordo ſecũdus

Aduerbij Conſtructio.

Hic/illic/iſtic/intus/alibi/vbi/vbiq̃/vbicunq̃/vbilibet/vbiuis/alicubi/necubi: ſicubi: Ibi Inibi/ibidem: referunt ad quietẽ in loco. Ordo.i.

Huc/illuc/iſtuc/intro/alio/aliquo/nequo/ſiquo/eo/eodem/quolibet/quouis/quocunq̃ foras/horſũ aliorſũ/dextrorſum/ſiniſtrorſũ Ordo ſecũdus

Surſum/deorſũ/vtroq;/neutro/quoquouerſum:referuntur ad motionem ad locum.

Ordo tertius

Hinc/illinc/iſtinc/aliunde/alicunde/ſicũde/necũde/Indidem/vnde/vndelibet/vndeuis/Vndecũq;/vtrinq;: referunt ad motũ e loco.

Ordo q̃rtus.

Hac:illac:iſtac:alia:aliqua:qua:ſiqua: nequa: referuntur ad motionem per locum.

Variantia.

Hec variant:foris cenat et foris venit.
Peregre viuit.peregre rediit,peregre abijt.
Nuſq̃ apparet.Nuſq̃ diſcedet.

Quibus modis verborum que congruant aduerbia.

Vbi poſtq̃.

Vbi:poſtq̃:cum aduerbia temporis:interdũ indicatiuis:interdum ſubiũctiuis verbis apponuntur:vt Cum aderit/cum venerit.

Simul et cet,

Simul:ſimulac:ſimulatq;:magis gaudẽt ſub=

iunctiuis. Simul atq; adoleuerit ętas.

Vt.

Vt pro poſtq̃. Indicatiuo gaudet adiungi: vt ventum eſt in vrbem.

Quemadmodũ. et ceť.

Quemadmodũ/vt/vtcunq;/ſicut/vtrũq; modum admittũt: vt ſalutabis ita reſalutaberis: vt ſementem feceris: ita vt metes.

Quaſi. et ceť.

Quaſi/ceu/tanq̃/pinde/acſi/haud ſecus acſi cum propriũ habent verbũ: ſubiũctiuis gaudent apponi. Tanq̃ feceris ipſe aliquid

Quaſi non norimus nos inter nos.

Alias copulant cõſimiles caſus Noui hominem tanq̃ te. Arridet mihi quaſi amico.

Ne/Non.

Ne prohibentis vel imperatiuis vel ſubiũctiuis addĩtur. Ne nega. Ne dixeris.

Non verbis imperatiuis non recte ponitur.

Ne. An. Num.

Ne cum eſt interrogantis indicatiuũ amat.

Supeſt ne & veſciť aura. Siťiter & An et Nũ.

At eadẽ cũ accipiuntur dubitatiue ſiue inde

E.i.

ſinite: ſubiunctiuũ poſtulãt: Viſe nũ redierit.
Nihil refert: feceris ne: an perſuaſeris.

Pene et ſimilia.

Pene: prope: propemodum: tantumnon: modonon vnico verbo: ſeu alia dictione contenta ſunt. Propemodum inſaniebat.
Tantum non inſaniebat.
Modo non montes auri pollicens.

Aduerbium relatum non ad verbũ.

Aduerbium aliquoties refertur non ad verbum: ſed aliam orationis partem.
Homo egregie impudens. Ne parũ ſis leno.
Admodum puella/admodum anus.
Aliquoties aduerbium adheret aduerbio.
Non admodum pulchre. Parum laute.

Quanq̃ et ſimilia.

Quãq̃: tãetſi: etſi: etiãſi: frequẽtius adiũgunt indicatiuis. Quãuis et licet ſubiunctiuis.

Etiamſi cum vtriſq; coherent.

Vt pro q̃uis ſemper ſubiunctiuũ flagitat.
Serui vt taceant. Iumenta loquentur.
Aliquoties ad aliã orationis pattẽ referunt: non ad verbũ. Complectit hoiem: q̃uis male

uolentem. etiamsi pessime de se meritum.

Nisi cum similibus.

Ni/nisi/si/siquidem/q̄: quia: & indicatiuis & subiūctiuis adherēt. Nisi facies. Nisi feceris q̄ bene vales gaudeo. q̄ redieris incolumis gaudeo. Non quia sic meruí. Non quia sit pauper: sed sit improbus.

Quando. et cet.

Quando et qñquidem: quatinus indicatiuū exigūt. Et frequent sequunt causā: cū reliquę huius ordinis frequētius precedāt. Quoniā mihi nō credis. ipse facito periculū. Ipse periculum facito: quoniā mihi non credis.

Quippe.

Quippe item cum proprium habet verbum. Danda est huic venia: quippe ęgrotat.

Quippequi: Vtqui.

Si addideris qui vtrumq̄ admittit modum. Vtqui plerumq̄ subiunctiuis adheret. Non est huic habēda fides. Quippe qui bis iā peierauit. siue peierarit. Vtqui peierarit.

Qui.

Qui cum habet vim casualem: semper adhe=

ret ſubiunctiuo.
Stultus eſt qui huic credas.i.q̃ vel q̃a credis

Vt. Vtpote

Vt & Vtpote:propriū verbum nunq̃ habent
Odi petrum:vt in omnes maledicum. Vtpote in omnes maledicum.

Tum tum. Cum Tum.

Et Tum tū: Cū tum: ſimiles modos copulāt
In verbis indeclinabilibus ſimiles caſus.
Odit tum litteras/tum virtutem.
Amplectitur cū eruditos omnes tum in primis Marcellum.

Prepoſitionū Conſtructio.

Prepoſitio verſa in aduerbium.

Prepoſitiones que citra caſum vllū vſurpantur in aduerbiorum naturam tranſeunt
Extra meiete. An mare quod ſupra memorem. quodq̃ alluit infra. Prope abeſt.
Quemadmodum rurſus et aduerbia quedā accedente caſu:in prepoſitiones tranſeūt:vt
Procul:Coram:Clam:Palam.

Caſus prepoſitionū.

Quedā accuſatiuū exigunt:vt intra parietes
Extra vallum. Quedam ablatiuū:vt ab vrbe.
Quedam vtrunq;ſed non eodem ſenſu.

Varij caſus prepoſitionū earundē. In
In cū ſignificat actus in loco deſiderat abla
tiuum:In animo eſt:in foro verſatur.
In pro erga:accuſandi caſum habet.
Optimo in te animo
Item in pro contra:In omnes maledicus
In ad/In hoc incumbite/In hoc natus ſū.
In mercatum abijt.

Sub nocte:id eſt in nocte Sub:
Sub noctem:id eſt inſtante nocte
Sub ea id eſt poſt ea
Sub auditum verbo motus ad locum
Sub vmbram propereremus
Sub cum verbo quietis ablatiuum requirit
Sub lodice/Sub vmbra:

Super numerum ingenuoꝝ.i.vltra numerū. Super

Super hęc omnia .i. preter hęc omnia.
Super priamo .i. de priamo.
Super arbore ſidunt .i. in arbore.

Tenus. Tenus gaudet ablto ſingulari: gto plurali.
Pube tenuus. Crurum tenus.
Sed hęc videntur veluti compoſita: quemadmodū & illa. Hactenus/Eatenus/Quatenus

Verſus. Poſtponitur et verſus ſuo caſui.
Romam verſus iter eſt.

Vſq; Vſq; raro ſine altera prepoſitione reperitur: et ſignificat temporis aut loci magnitudinē.
Ad multā vſq; noctē. Ab extrema vſq; india
Vſurpat et aduerbialit: p ſemp ſiue cōtinent

A Ab Abs.

A. A preponitur dictionibus incipiētibus a cōſonante. A foro. a caſtris.

Ab. Ab incipiētibus a vocali. Ab omnibus. Niſi ſint liquide aut I cōſonās. Ab ioue. Ab rege.

Abs. Abs incipientibus a te. Abs te.

Prepoſitiones ſemper compoſitę.

Interiectionū.

Sunt que non inueniantur extra compoſitio nem. Di. Dis. Re. Se. An. Con. Diduco. Diſ ſipo. Refero. Seiungo, Ambigo, Conuenio.

Con ex quibuſdam neutris facit tranſitiua Comminxit lectum. Conſpuit hominem. Concacauit. Compluit. Conuomit maritū.

Deijcio. i. ex alto iacio. Deamo, i. valde amo. Deſipit. i. ſapere deſijt. Deferbuit ętas. Reclamat. i, cōtra clamat.
Repetit, i. denuo petit.
Retegit. i. tectum aperit.

De Conſtructione Interiectionū.

O

O exclamantis: admittit vocatiuū: noiatiuū: et accuſatiuū. O dij immortales.
O vir fortis. O inſignē impudentiā. Subauditur frequēter: vt ſingularē impudentiā.

Heu proh. et cet.

Heu pietas. Heu ſtirpem inuiſam
Proh Iuppiter. et proh deū atq; hoim fidem

De conſtructione Interiectionū.

Hei mihi. Veh tibi. Ah tibi.

Cedo.

Cedo flagitantis exiberi accuſatiuū habet. Cedo manum. Cedo ſenem.

Amabo/Obſecro. et cet.

Amabo et obſecro blandientis. Sodes et ſultis hortātis verba ſunt & in interiectionis naturam verſa: quemadmodum et age.

Explicit Libellus de Cōſtructione Octo partiū orationis Londini Impreſſus per Richardum pynſon Regiū impreſſorem. Anno incarnationis dominicę. Milleſimo quīgēteſimo decimottio.